QVÆSTIO MEDICA,

CARDINALITIIS DISPVTATIONIBVS MANE DISCVTIENDA IN SCHOLIS MEDICORVM, DIE IOVIS XXV. FEBRVARII,

M. GEORGIO ARBAVD Doctore Medico, moderatore.

853

An bis in die cibari quàm semel salubrius?

CALOR innatus eò quòd nusquam reparabilis, immortalitatem larg[...]quit, nec vitam absque subiecto tueri potest, humor primigenius spiritu & calore perfusus non aqueus non excrementius, sed aëreus, pinguis, pabulum supp[...]it, ille primum animæ instrumentum, naturales functiones, in ventriculo chylosim, in hepate hæmatosim, singulis in partibus assimilationem, vitales in c[...], animales in cerebro peragit; quò diutiùs cum fomite conseruatur, eò longiùs viuitur; verùm cum perennis fiat triplicis substantiæ effluxus, non m[...] ab aduenis, sed & indigenis causis, breui caderet animal ad pondus licet temperatum, nisi quod effluxit continenter reponeretur, siccitas, senectus, [...] denique, quæ nullo modo naturalis est, induceretur.

HVIC ineluctabili malo non medicamenta, non Chymicorum olea [...] aurum potabile, nec gemmarum præparationes, verùm sola alimenta, remedia opposuit natura, ea sint εὔκρατα, εὔχυμα, εὔπεπτα, dulcia: non nutritur viue[...]doribus, igne, aëre, aquâ, terrâ, mixta, non elementa non venena in viuentis substantiam cedunt: falsum nos non nutriri iis quæ non vixere, ex caloris efficienti[...]entorum copia, qualitas & quantitas ponderanda; senibus tenuis & calidus victus, adolescentibus largior conuenit, hyeme & vere copiosiori opus est alimen[...]ate & autumno pauciori, sed sæpius repetito, vberiùs cœnandum, parciùs prandendum.

PER occultos cutis meatus vnumquodque animal in ambientem aër[...]soluitur, quò fit vt ei proxima membra à vicinis alimenta trahant, illa à sequentibus, donec ad venas quæ ventriculum alluunt vacuatio peruenerit, quod [...] naturale est; inest animalibus ventriculus, duabus infirmis membranis contextus, partibus valido calore donatis vndique vallatus ad cibi potusque r[...]culum, huic inhæret πεῖνα καὶ δίψα, illa ἐπιθυμία θερμοῦ καὶ ξηροῦ, hæc ὑγροῦ καὶ ψυχροῦ: faciliùs tamen famem quàm sitim feras; toties ingerendus cibus quoties [...]us impellit, modò sit coctio peracta, nec impurus ventriculus, cuius tibi τεκμήρια suppetent, ructus nullam prioris alimenti qualitatem redolens, ven[...]tumor submissus recrementorum deiectio & vrinarum coloratio, πόνοι σιτίων ἡγείσθωσαν, nec à cibo somnus ineundus, vertiginis enim, epilepsiæ & apoplexiæ [...]ns est.

ΜΟΝΟΣΙΤΟΥΝΤΑΣ amarulentioribus crede moribus, aucta vtra[...]lis animum perturbat, illis extra celeriùs senescunt, extrema frigore algent, non minus damnosa μονοσιτίη quàm ἀσιτίη, vires semper minuit, effluxum [...]ntiæ non reparat, lycanthropiam, maniam, febres acutas, phrenitidem, syncopem, singultum & conuulsionem medicamentis non cedentem parit, ἰσχ[...] τὴν κοιλίην ἴσησι, διότι τῷ τῆς ψυχῆς θερμῷ τὸ ὑγρὸν ἐκ τῆς σαρκὸς καταναλίσκεται, ἀεὶ τῶν δὲ τὰ ἐναντία διαπρήσσεται τῇ μονοσιτίῃ, quæ licet morbi impendentis impetus [...], non tamen omnem curat; sanum ne credas qui non semel ἀνάριστος fuerit.

SALVBRIS diætæ caput non satiari cibis, nec impigrum esse ad [...]em, incumbit Medico Hippocratis & Galeni vestigia sequenti, vitæ diuturnitatem eiusque salubritatem tueri, quod præstabit si cognitâ natiui caloris [...]atione, alimentorum viribus, regionis, temporis, & morum consuetudine, duabus horis à somno, post leues deambulationes ἀκράτισμα, horâ vndecimâ [...] prælibato iusculo liquido, polytropho, ex pane triticeo, carnibus gallinaceis, perdicum, phasianorum, turdorum, auium montanarum, iuniorum lepor[...] vino Belnensi, δεῖπνον horâ sextâ imperarit.

Ergo bis in die cibari quàm semel salubrius.

300

Proponebat Lutetiæ FRANCISCVS PAICT Parisinus. A. R. S. H. M. DC. XXXVIII.